

R. P. D. THOMÆ
DELBENE,

MARVBIENSIS,
CLERICI REGVLARIS,

SACRÆ THEOLOGICÆ PROFESSORIS,

In Vrbe Examinatoris, Sanctæ Romanæ Vniuersalis Inquisitionis
Qualificatoris, aliarumque sacrarum Congregationum Consultoris;

DE IMMVNITATE,

ET IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA;

QVVS ABSOLVTISSIMVM, IN DVAS PARTES DISTRIBVTVM,

In quo non solum pertractantur dilucidè omnes dubitationes discussæ à Doctoribus, qui de hac
materia hucusque scripserunt; sed etiam plures alia ab aliis penè intacta, per vitales, & necessa-
ria; omnesque huius materiæ casus ad vtrumque forum, tam internum, quam externum spe-
ctantes, ex suis principiis, probationum claritate, admirabili per omnia methodo, ex Summorum
Pontificum Constitutionibus, Sacrarum Congregationum Cardinalium declarationibus, ac Sa-
cræ Rotæ Romanæ decisionibus plenè, & accuratè dilantur. *J. Fran. Maigret*

EDITIO TERTIA PRIORIBVS LONGÈ CASTIGATA.

CVI ACCESSERE BVLLÆ PONTIFICIÆ, DECLARATIONES,

*& Decreta tum S. Congregationis Immunitatis Ecclesiastica, tum SS. Congregationum S. Concilij Tri-
dentini, & super Episcopis, & Regularibus, nouissimaque Additiones alphabetico ordine digesta, qua
totam ferè doctrinam in hisce duabus Partibus traditam vel confirmant, vel explicant.*

Summo studio, parique fide, partim à R. P. P. ARISTO LAFITTE, partim ab eruditissimo viro
FIGUATILLO ad annum vsque 1673. cum eorum indice collecta, recognita, & in meliorem formam digesta;

PARS POSTERIOR



LUGDVNI.

Sumpt. LAURENTII ARNAVD, & PETRI BORDE.


M. DC. LXXIV.

CVM APPROBATIONE ET PERMISSV






R. P. THOMÆ
DELBENE,
 CLERICI REGVL.
DE IMMUNITATE,
 ET IURISDICTIONE
 ECCLESIASTICA.
PARS SECUNDA.



CAPVT XVI.

De Immunitate Ecclesiarum.



DVBITATIO I.

An. & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per rei extractionem ab Ecclesia.

SUMMARIVM.

- 1 Immunitas Ecclesiastica violatur, si potestas secularis extrahat ab Ecclesia reum, illum tanquam ad asyllum confugientem.
- 2 Extrahens reum ab Ecclesia, si monitus desistere non vult, excommunicatur.
- 3 Extrahentes reum ab Ecclesia ex constitutione Gregorij XIV. sunt ipso facto excommunicati.
- 4 Reus cuiuscumque malefici non est ab Ecclesia violenter extrahendus.
- 5 Rei extrahendi non sunt, neque ab Ecclesia arcti, vel domibus Episcopi.
- 6 Rei ideo non sunt extrahendi, quia defendi debent loci sancti reuerentia, & intercessione.
- 7 Tridentini auctoritas de hac re.

RESPONDETVR, violari, si Potestas secularis extrahat ab Ecclesia reum illum tanquam ad asyllum, confugientem. Vide *de Antiquitatibus* l. 7. *quæst.* 4. vbi præcipitur, quod extrahens, si monitus desistere nolit, excommunicetur. Vide Gregorij XIV. Constitutionem Thom. Delbene, *de Immunit. Eccl.* Part II.

que incipit, *Cum alias nonnullis*, editam 28. Maij 1591. vbi Pontifex excommunicationem ipso iure infert contra sic vigilantes immunitatem Ecclesiarum. Vide *cap. inter alios* *de Immunit. Eccl.* ibi: *Si liber, quocumque gratia maleficia perpetauerit, non est violentur ab Ecclesia extrahendus, iuxta sacrarum sanctorum Canonum, & traditiones legum civilium.* Et *cap. id consuetudinis* *de* *quæst.* 4. ex Concilio Auliano l. 1. *cap.* 3. ibi, *Id constitutum obseruandum, quod Ecclesiastici Canones de reuerentia, & lxx Romana constituit, ut ab Ecclesia arcti, vel domus Episcopi reus abstrahere omnino non liceat.* Et *can. eos qui, dist.* 87. ex Concilio Auliano l. 1. *can.* 5. ibi: *Eos qui ad Ecclesiam confugiunt, tradi non oportere, sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi.* Vide *can. frater, can. miror, cap. error, cap. si quis contumax, cap. desinat, & alios canones* 17. *ead.* *quæst.* 4. Tridentinum *cap.* 20. *sess.* 25. ibi: *Ecclesia, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constitutam.* Et *cap. quamuis*, vbi per ly *Ecclesia immunitatem*, Concilium non tam intelligit immunitatem locorum, quam rerum Ecclesiarum, sicuti docent Doctores, quos sequitur *Mat. Italia lib.* 1. *cap.* 2. §. *unic. num.* 3. Vide S. Augustinum *epist.* 187. *ad Bonifac.* & S. Chryl. *serm.* inucllino contra *Eurropium*, *tom.* 5. Vide etiam *Cod. de his, qui ad Ecclesias confugiunt*, & præcipue l. 2. vbi expressè sancitur, nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientem abducere: & *auth. de mandatis Principum*, & *sed nec homicidis*, vbi idiplum etiam expressè sancitur.